



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Synopsis Magnalium Divi Josephi**

**Ignatius <a Sancto Francisco>**

**Leodii, 1684**

Proëmium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38500**



SYNOPSIS MAGNALIUM  
 DIVI IOSEPHI  
 PARS SECVNDA.  
 JOSEPH PATER JESU.



**H**ÆC secunda Pars ut præcipua Magnalium Divi Iosephi, dividitur, ut Prima, secundum quod præfati sumus in Consilio seu Ideâ huius Operis, in tres Tractatus: quorum primus, quem nunc aggredimur, est de eodem sanctissimo Patriarchâ ut est Beatissimæ Virginis Matris IESU Sponsus: Licet enim Tractat. 2. huius partis cap. 10. dicturimus non ideò Sanctissimo Patriarchâ

istud Patris IESU nomen competere, quod fuerit Sponsus Virginis Deiparæ, sed potius è contra, ideò fuisso in tempore factum Virginis sponsum, quod ab æterno electus fuerit primario ac directè ut esset Pater IESU: quia tamen non fuisset Pater IESU, nisi prius fuisset Sponsus Virginis Matris IESU: ideò ordo requirit, ut primo eum consideremus ut Sponsum Matris IESU; tum deindè Tractatu secundo ut Patrem IESU; ac demùm Tractatu tertio virtutes quibus ob istam præcipuè qualitatè Patris IESU copiosissimè donatus est.

TRACTATUS PRIMUS.  
 Divus Iosephus Virginis Deiparæ  
 Sponsus.



**M**EMINI aliàs me legisse apud Romanorum rerum historio-graphos, quod quãdo à Romanis inventum fuit Cybelis (quam

omnium Deorum Matrem esse existimabant) Idolum, Decreto Senatus sancitum est, ut quo tempore magnificentè ei extruètur templum, ipsum interim idolum probioris totum Reipublicæ viri fidei & custodiæ committe-

Y 2

retur,